



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 136. De veritate hujus Translationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. CXXXVI.

Sæcul. XV.

A. C. 1484.

De veritate hujus translationis.

Quamvis Bofius, aliique Scriptores hanc translationem articulatim, distincteque recenseant, non desunt tamen, qui ejus veritatem in dubium vocare videantur, has allegantes rationes. I. Haud enim verisimile est, quod S. Joannis Discipuli, attento præcipue vatiniano Judæos inter & Samaritanos odio, sacri hujus corporis truncum a capite abscisum abstulerint, & Sebaste, totius Samariæ Metropoli terræ mandaverint. II. Etsi id foret, quod sacrum hoc pignus a Moratensi civitate, ubi sepultum erat, Sebasten fuisset translatum, interea tamen exploratæ veritatis res est, ejusdem sacra ossa circa Annum trecentissimum sexagesimum secundum a Paganis unacum corpore S. Elisæi Prophetæ apertis sepulchris combusta fuisse; nullius autem Historici testimonio comprobatur, quod saltem aliqua sacri corporis pars a gentilium furore intacta permanferit; quin potius hi idololatræ, eorum ferociam acrius inflamante Imperatoris apostatæ mandato, unacum sanctis hisce corporibus etiam animalium ossa concremarint, omnesque eorum cineres promiscue in aerem sparserint. Equidem
Rufinus

*Baillet. vita
Sant. in fol.
ad 29. Aug.
c. 2.*

Sæcul. XV. Rufinus testatur, a quibusdam Monachis
A. C. 1484. qui dedita opera paganis ejusmodi cili
 ad comburendum congerentibus sese ad
 junxissent, nonnullas S. Corporum par-
 tes clam subtractas Jerosolymam fuisse
 delatas; ast parum idoneus testis cen-
 tur Rufinus, cum apud Græcos altum
 hujus rei silentium sit. III. Si vero ha-
 jus sancti reliquiae ante Juliani Apollita-
 tæ tempora non sunt ex Sebastena urbe
 translatae, vel si Alexandriae non fuerint
 inventae, eo ipso suspectae videntur. No-
 diffitemur quidem, honorandas esse sacras
 illas reliquias, de quarum veritate testes
 omni fide dignissimos habemus, uti sunt
 Theodoretus de Cyro, Sanctus Gaudentius
 de Bressia, & Sanctus Paulinus Nolanus.
 eas tamen, quibus ejusmodi testimonia
 non suffragantur, legitimas esse credere
 minime tenemur. Quapropter Bailletus
 dexteram S. Præcursoris manum a S. Luca
 Sebaste Antiochiam, inde vero per
 plura retro sæcula Constantinopolim, et
 tandem Rhodum translata, reliquias
 pocryphis accenset. Tillemontius quo-
 que affirmat, omnes circumstantias in
 hac translatione Constantinopolim facta
 necdum plenam huic relationi fidem, au-
 thoritatemque adstruere.

Tillemont.
tom. I. pag.
530. not 25.
in S. Joan.